

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte**

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung  
des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und  
Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen  
puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen  
Schluß des ...

**Meiern, Johann Gottfried von  
Hannover ; Tübingen, 1737**

N.II. Literæ Electoralium Legatorum ad Regem Hispan. de Restitutione  
Frankendalia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](#)

1650.  
Mart

Wir thäten Uns in solchen Zustand befinden, daß Wir Unsere zur wirklichen Erreichung solches gemeinnützigen Zweckes jederzeit gerichtete Intentiones und tragende Wohlmeinung nicht weniger bey gegenwärtiger, als vor diesem in verschiedenen andern Conjecturen beschehen, in der That mit Nachdruck bezeigen und ausswirken möchten.

So viel aber die erinnerte Evacuation und Abtretung obgedachter Festung Frankenthal betreffen thut, ist Uns bis dahero keiner Special Gewalt noch Befehl einkommen; damit dannoch denen Französisch- und Pfälzischen Abgeordneten die mehr gedachte Festung halber herfürgeschobene Ausflucht und gesuchte Pretexten desto mehr abgeschnitten und ausm Wege geräumet werden; So haben Wir zu weiterer Contestation Unsers Friedliebenden Gemüths Höchstgedacht Ihre Königliche Majestät und Liebden zu Hispanien mit Einschlagung obangeregt Eures Schreibens, die von Euch hierüber angezogene Motiven und erinnerte Convenienz der gemeinen Wohlfahrt, mit eigenen Couriers, so gestrigen Tages von ihnen abgereist, gebeteren massen ganz beweglich zu Gemüth geführet, und benebens Euer eingewendetes Anliegen wegen unverlängter Restitution mehrrewehnter Festung aufs fleißigste recommendiret; der zuversichtlichen Hoffnung, es werde dißmahl nicht ohne Frucht abgehen, und wollen folgends bey Einlangung der darauf erwartenden Königlichen Resolution nicht unterlassen, Euch darob alsbalden nachrichtlich Part zu geben.

Benebens werden Wir von Unseren Deputirten zu Nürnberg berichtet, was für eine beschwehrliche Erklärung von denen Thür-Pfälzischen Abgeordneten auf der Kaiserlichen wegen des Benfeldischen Äquivalents extradirte Conditionen uns längst ergangen, welche Uns um so viel mehr fremd vorkommt, weilen aufm Fall erwehnte Festung Frankenthal, wie obgemeldter massen zu verhoffen, sollte abgetreten werden, alsdann zumahlen keines Temperamenti mehr vonndhten, sondern es der Festung Benfelden halber bey den klaren Buchstaben des Instrumenti Pacis allerdings sein Verbleiben haben wird.

Solchemnach denn versehen Wir Uns zu Euch Gnädigst, man werde sich dißfalls mit Thür-Pfaltz nicht übereilen, noch dem hohen Stift Straßburg etwas Beschwehrliches aufzubinden, oder wenigst so lang mit mehrgedachtem Benfelden zurück und innen halten, bis die ob-angedeckte erst erwartende Königliche Resolution wegen Franckenthal einkomme. So Wir Euch in Antwort nachrichtlich nicht verhalten wollen, Denen Wir mit geneigten Willen und Gnaden zu alem Guten wohl begethan und gewogen verbleiben. Brüssel den 25. Mart. 1650.

LEOPOLD WILHELM

Leonhard Völler.

## N. II.

*Copia Literarum ab Electorum Dominis Legatis ad Regem Hispanie, de Restitutione Franckendalie.*

*Serenissime ac Potentissime Rex, Domine Clementissime.*

Ad aures Vestrae Majestatis mittunt Sacri Romani Imperii Electorum, Principum, Statuumque Legati postulationem afflctissimae nostræ Germaniae non minus necessariam, quam Vestrae Majestati honorificam; cuius summa est, ut Præsidium Franckendalæ deducere, locumque hunc Domino Electori Palatino nuper Clementia Cæsaris & lege Pacis Monasteriensis ad Inferiorem Palatinatum, quantum equidem in Cæsaris potestate fuit, restituto, reddere dignetur.

Etsi vero Majestatis Vestrae Benignitas per universum Christianum Orbem adeo celebris sit, ut optima spe pleni locum precibus nostris datum iri confidamus; tamen ne quid desit, quod ad officium nostrum pertinere

1650.  
Mart

1650.  
Mart. tinere posse videatur; singuli hoc scripto necessitatem petitionis nostra explicationi stylo Vestrae Majestati nomine Collegii Electoralis repræsentandam esse duximus.

Memoria tenent nostri Principales, dissidia Germaniaæ inter reliquorum Europæ Principum etiam Majestatis Vestrae arma involvisse, ideoque nihil æque desideraſſent, quam ut in Traetatu Monasteriensi, quæ Ipsi cum Rege Christianissimo intercedunt differentiæ, componi potuiffent. Facile enim adparebat, quietem publicam Orbi Christiano aliter reduci & stabiliri non posse; sed eo tum in statu Res Germaniaæ fuere, ut non magis in Ordinum potestate eſſet, leges a triumphantibus *quaqua verſum* Confederatarum Coronarum armis accipere, quam illis, quas vellent, dare, ut fane necessarium nobis fuerit, e tantis publicarum calamitatum ærumnis quibuscumque tandem conditionibus eluctari.

Non tamen ea *mens* Principalibus nostris unquam fuit, veteris cum Regia Vestra Majestate amicitia jura negligere, quod & statim Cæſareæ Majestatis Legatis voce & rescripto, per Suos tunc temporis in locis Traetatuum commorantes Legatos declaraverunt.

Nimirum cum Legatus Gallicus multa contentione laboraret, ut mutuorum auxiliorum nexus inter Romanum Imperium Majestatemque Vestram non modo remifior efficeretur, sed & prorsus intercideretur, unicum Principalium nostrorum ſtudium fuiffe, ut ſalva & integra tum Electoribus, Principibus ac reliquis Imperii Ordinibus, tum maxime Augustissimo nostro Imperatori totique Domui Austriacæ maneret, quæcumque iſpis juxta legem Aureæ Bullæ, Capitulationis Cæſareæ, caterarumque Imperii Constitutionum in conservandis amicitiis, defendendisque academicorum juribus competit facultas; Nec vero quoad conſcribendos in Imperio milites, habendos delectus, transitusque permittendos plus Juris arrogare Regi Galliarum liceat, quam ex Institutis Imperii, confuetaque Germaniaæ Ordinum libertate Vestrae Majestati Ejusque Antecessoribus Hispaniarum Regibus jam olim & permifsum erat ſemper, ac porro etiam liberum foret, quod & post conclusam Pacem Monasteriensem haud ſemel re & facto præſtitum: Nec Gallorum Objectiones ulla ratione admissæ fuere: Et ſperamus, Deo opitulante, Majestati Vestra cum Sacro Romano Imperio inverteratam amicitiam, etiam in posterum integrum inviolatamque duraturam eſſe.

Quod igitur Franckendaliæ reſtitutionem attinet, a noſtra quidem parte nunquam fuit dubitatum, Majestatem Vestram in eam Clementer aſſenſiuram, quam primum etiam Conſederatae Coronæ juxta Pacis leges loca bello occupata pristinis reſtituerent poſſeſloribus; quemadmodum id iſum per Ejusdem Aulae Supremum Præfectum, Excellentissimum Dominum Comitem de Haro, *Oratori Cæſareo*, conſirmatum ex iſis Cæſareæ Majestatis literis non ita pridem accepimus.

Nec intermisimus, quin hac de re cum prædictarum Coronarum Plenipotentiariis ſeptius & ſerio ageremus, illisque conſtanter inculcaremus, omnino rationi conſentaneum fore, ut omissis omnibus prætentionum ambagibus, præſtarent prius iſi, quod a Majestate Vestra, cum qua tamen contraētum eſſet nihil, tantopere flagitarent.

Et quamvis statim ab initio hujus Conventus nihil non tentatum fuerit, quo Imperii Ordines ad præſtanda obſidionis Franckendaliæ, quam agitare animo Galli Suecique videbantur, auxilia inducerentur; Nunquam tamen effici potuit, ut quicquam amicitiae Vestrae Majestatis aduersum committeretur; In que ea etiamnum perseverant ſententia dicti Ordines, firmiter peruaſum habentes, Majestatem Vestram nulla ratione permiſſuram, ut longiori hujus

1650.  
Mart.

0.  
Mart.

## 190 Nürnberger Friedens-Executions-Handlungen

1650.  
Mart.mumenti retentione, Pax Imperii tanta rerum jaētura conventa, denuo  
turbari possit.

Hac Ordinum Constantia *effectum* tandem, ut Sueci Gallique nuperime mutua cum Legatis Cæsareanis pactione spoponderint, omnia loca bello occupata iis, ad quos pertinent, bona fide se cesturos, militesque ex terris Imperii deducturos, quam primum vel Franckendalia restituenda dies certa constitueretur, vel re nondum expedita, Castrum Ehrnbreitstein Rheno ad Confluentes Mosella imminens, *in manus sequestratorias Domini Electoris Moguntini interea* traderetur; Quæ quidem Sequestratio eo tantum fine proposita tuit, ut ad Majestatis Vestrae æquanimitatem commodius confugiendi nobis spatium longius ac serius esset.

Non inficiamur, Cæsaream Majestatem grayibus sane argumentis motam, hactenus in hujusmodi Sequestrum consentire noluisse: At vero res hæc in eum devenit statum, ut in manu & potestate Vestra Majestatis situm esse ingenue profiteamur, quietem ac tranquillitatem Sacro Romano Imperio effectum dare, ac tam diuturnis malis Germaniam liberare, invidiā odiumque omne, quod ex longiori retentione hujus loci in Sacrisimū nostrum Imperatorem, quamvis immerito, redundare posset, è medio tollere.

Rogamus igitur ea qua decet Reverentia & humilitate, Vestram Majestatem, ut Principalium nostrorum Omniaque Imperii Ordinum Votis benevole annuere dignetur, mandataque Suis Militiæ Præfectis quamprimum transmittat, quibus Præsidium illud Franckendalense deducere, Oppidumque Domino Electori Palatino restituere jubeantur; Merebitur hac benignitate apud Universos Germaniæ Ordines Pacis Germaniæ Instauratoris egregium & gloriolum Nomen, Nostrosque Principales ad perpetua gratitudinis officia quacunque rerum occasione deuinctos ac promptos habebit. Deus Ter Optimus Maximus Majestatem Vestram divina sua protectione quam diutissime servet incolumem & omni prospereitate florentissimum. Datum Norinbergæ, Martii 1650.

Regie Majestati Hispanie

ab

Electorum Legatis Norib.

presentibus,

## N. III.

Supplement über das an Spanien von dem Churfürstlichen Collegio wegen der Franckenthalischen Enträumung gehane Schreiben.

In §. ad aures Vestre Majestatis post verba: *non minus necessariam*; ponatur verbum: *quam Et.*

In §. *Memoria tenent Et.* post verba: *Leges à triumphantibus Et.* delean-  
tur verba: *quam Vestrum Et.* & ponatur: *quaqua versum Et.*

In §. *Non tamen ea Et.* pro verbo: *manus Et.* ponatur: *mens.*

In §. *Quod igitur Franckenthaliae Et.* post verb. *Comitem de Haro Et.* ponatur: *Oratori Cesareo Et.*

In §. *Hac Ordinum Et.* post verbum: *Constantia Et.* ponatur: *effectum Et.*

Et paulo post verb. *Mosellæ imminens Et.* ponatur: *in manus sequestra-  
torias Domini Electoris Moguntini interea Et.*

In eodem §. post: *Consentire noluisse Et.* ponatur, pro verbo: *Ut Et.* At  
vero *Et.*

## N. IV.